

et Iohannes Hetzcelßdorff de Lauff propter varios excessus et contumaciam ad biennium sunt relegati.

[1500 Sommersemester. Rector Georg Dottanius.]

[Bl. 17'] Anno domini 1500 die Solis quarta mensis Octobris in rectoratu magistri Georgii Dottanii de Mennigen exclusus est baccalarius Iohannes Stauffmel, quia relegatus ad biennium infra tempus relegacionis sue rediit ad gremium universitatis. In nomine patris et filii et spiritus sancti.

Item anno, quo supra, die tricesima Septembris reconciliatus est baccalarius Bartolomeus Zceman de Hainis relegatus, quoad usque se expurgaret de homicidio sibi ascripto, de quo se expurgavit.

Item eodem anno die Martis decimatercia mensis Octobris relegati sunt decreto consilii et assessorum ad biennium Michael Deckenkolbe de Plawen et baccalarius Iohannes Kuchenmeister de Loben, primus propter multiplices excessus, contumaciam et inobedienciam, secundus propter inobedienciam et contemptum arresti.

[1508 Wintersemester. Rector Gregor Breitkopf.]

[Bl. 19'] Anno¹⁾ domini 1509 decimasexta Februarii sub rectoratu magistri Gregorii Breytkoph de Konitz fuit relegatus Ioannes Rieß de Aw ad octo annos, quia tabernarius fuit, multis disturbiiis interfuit incorrigibilis etc.²⁾...

[Bl. 18'] Anno³⁾ domini 1509 vigesima die mensis Februarii sub rectoratu domini magistri Gregorii Breytkoph de Konitz Ioannes Bidderman de Gorlitzhoven, quia tabernarius fuit, eciam sero [?] captus est, parum aut nihil studuit, ad quatuor [annos] est per consilium et assessores relegatus.

[Bl. 19] Anno⁴⁾ domini m^vc^o 9, die vero decima nona mensis Marcii in rectoratu domini magistri Gregorii Breytkoph de Konitz etc. Ioannes Watter de Veltkirch pupugit quendam studentem, qui 13. die mortuus accedentibus aliis morbis, ut asserebant, quater monitus contumax factus secundum diffinicionem tocius universitatis est exclusus. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.

[Bl. 19] Anno⁵⁾ domini 1509 decima quinta die mensis Aprilis sub rectoratu magistri Gregorii Breytkoph Ioannes Wolff de Newhausen fuit in quodam tistorbio, fuit tabernarius, quendam vulneravit, cui tunicam abstulit, quater monitus contumax factus per totam universitatem est exclusus. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.

[Bl. 19] Anno⁶⁾ domini 1509 quindecima die Aprilis sub rectoratu magistri Gregorii Breytkoph de Konitz Fredericus Figk de Hochstat, [qui] in taberna quendam percussit et vulneravit [?] gladio insequentes [et] fuit quater monitus contumax factus per totam universitatem est exclusus. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.

2. Die im Liber actorum et tractatum inter senatum et universitatem verzeichneten Relegationen und Exclusionen.

[Bl. 153] Sequuntur nomina suppositorum relegatorum et exclusorum sub diversis rectoratibus ab anno domini 1496 incipiendo.

[1497 Sommersemester. Rector Iohannes Brunckow.]

Sub rectoratu domini magistri Iohannis Brunckow de Stendalia, utriusque iuris baccalarii etc.,

Udalricus Reyß de Schongaw propter varios excessus, rebelliones et inobedientias per consilium universitatis ad hoc specialiter convocatum relegatus fuit et est ad tres annos. Actum in die

¹⁾ Am oberen Rande des Blattes nachgetragen. ²⁾ Eine andre Notiz Breitkopfs am unteren Ende des Blattes ist nicht mehr zu entziffern. ³⁾ Am oberen Rande des Blattes nachgetragen. ⁴⁾ Am oberen Rande des Blattes nachgetragen. ⁵⁾ In die Mitte der 1. Spalte des Blattes eingeschoben. ⁶⁾ Am unteren Rande des Blattes nachgetragen.